A 35 *id*] | iudicium adesse possit, de ea re praetori, quei ex hac[*e lege*
quaeret cognoscere . . *(75)* . . *rem proferre liceto.*
B 39 *De nomine referu*]ndo. § quam rem pr. ex h. l. egerit,
A 36 40 sei eam rem proferet, quoi . . *(187 ‖ 51)* . . *sei refer*]|re poterit
B 40 facito quoius deicet nomen referre . . *(81)* . . | rit utei *is* ad sese
41 veniat aut adferatur coram eo, quei postulaver[*it* . . *(186 ‖ 51)* . .
A 37 *vo*]|let, quoius ex h. l. *n*ominis delatio erit, ei eius rei pe[*titio*
B 41 *esto* . . *(92)* . . *de*]|que ea re hace lege iudicium litisque aestu-
A 38 42 matio esto, quasei sei eius . . *(185 ‖ 51)* . . [*sei ioudex, q*]|uei eam
rem quaeret, ex h. l. causam non nover[*it* . . *(103)* . . *is praetor*
B 42 *c*]|oram [*iudici*]bus in contione pro rostris sententia ita pronontiato:
A 39 43 'fec[*isse videri*' . . *(183 ‖ 51)* . . *sei de ea re*] | iudicium fieri opor-
tebit, ter[*tio die facito iudicium fiat* ✱. *(102)* . . *sei ioudex, quei eam*
B 43 *r*]|em quaeret, ex h. l. causam non noverit, pr. quei ex h. l.
44 q[*uaeret* . . *(180 ‖ 51)* . .
Ioudices utei iourent, in consilium antequam eant. pr.,
quei ex h. l. quaeret, ioudices quei ex h. l. in eam rem erunt, in con-
A 40 *silium an*]|te quam ibunt, facito iurent: 'sese [. . *(118)* . . *neque*
B 44 *facturum q*]|uo quis suae alterius sententiae certior siet, quod
A 41 45 p[*er* . . *(180 ‖ 51)* . . | aturum esse.
E 1 Iudice|[*s*] multam suprema*m* de*b*ea[*nt*. . . *(118)* . . *sei*
B 45 *ioudex, quei eam rem qu*]|aeret causam non noverit, quei eorum
A42; E2 46 ioudex [. . *(180 ‖ 51)* . . *excu*]|satione primo quo|que die deferatur,
isque quaestor [. . *(116)* . .
B 46 *Iudices in co*]|nsilium quomodo eant. § pr., quei ex h. l.
A43; E3 47 iu[*dicium exercebit* . . *(180 ‖ 51)* . . *nondum pl*]|ur[*umis lique*]|re dei-

vs. 39 cf. Arist. pol. 2, 8 τῶν νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν, ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους.

293 40 'ut eius' 41 hominis *Mazoch.* 'essto' 44 facit *Mazoch.* 45 suprema *Urs.* delea. *Urs.*

xerit, praetor, [*quei*] ex h. l. quaeret, ita pronon[*tiato 'amplius'* . .
(110) . . *ubei duae partes iudicu*]|m, quei quomque aderunt, iudicare B 47
[*negaverint* . . *(180* ‖ *52) quei negaverit iu*]|dicare is HS. ccIↃↃ, 48 E 4
quotiens quomque amplius bis in uno iu[*dicio negaverit iudicare* . .
(109) . .]m quam ob rem et quantum pequ[*niae* . . *(180* ‖ *45)* . . 49 B 48
De] | reis quomodo iudicetur. § ubi duae partes iudicum, E 5
quei ader[*unt, causam sibi liquere deixerint* . . *(101)* . . *pr. quei de
ea re quaeret, utei eis iudice*]|s, quei iudicare negarint, semovant[*ur,* B 49
facito . . *(180* ‖ *42)* . .] | rem agito. tum praetor quom soveis 50 E 6
viatoribus apparitoribusque nei de i[*udicio iudex discedat facito* . .
(98) . . *sitellamque latam digitos n. n. altam digitos*] | XX, quo iou- B 50
dices sorticolas coniecíant [*apponi facito (180* ‖ *37)* . . *quoius*]|que 51 E 7
iudicis is praetor sorticolam unam buxeam longam digitos IIII,
la[*tam digitos n. n. ab utraque parte ceratam* . . *(97)* . . *in qua sor-
ticola ex altera parti leitera A perscripta siet, ex alte*]|ra parti C, in- B 51
manu palam dato, a[*b eoque iudice alteram, utram is volet, induci
iubeto* . . *(180* ‖ *32)* . . *iudex sortem accipito alteram litteram inducito,* 52
alteram servato] | eamque sortem ex hace lege apertam bracioque E 8
aperto leiteram digiteis opertam pala[*m ad eam sitellam deferto* . .
(96) . . *sortem populo ostendito i*]|temque in eos ceteros singilatim B 52
iu[*dices versus ostendito, itaque eam sortem in eam sitellam coniecito*
. . *(180* ‖ *26)* . . 53
*Sententiae quomodo pronontientur. quei iudex pronontiationis
faci*]|undai causa ad sitellam sorti veniet, is in eam sitellam ma- E 9
num demitito, et eam devexam popul[*o ostendito* . . *(50)* . . *i*]|udi- D 1
cium | [. . *(40)* . . *quamque in eum r*]|eum sententiam [*ea sors ha-* B 53
b]uerit, is ei . . *(182* ‖ *23)* . . [*palam pronontiato, ubei A leitera* 54
scripta erit 'absolvo', ubei C leitera scripta erit 'con]|demno' ubei nihil E 10
scriptum erit, 'seine sufragio'. ex qua sorti pronontiarit, eam
sortem proxsumo iud[*ici* . . *(29)* . . *in man*]|u[*m*] transdito. § D 2
De n[*umerandis sententiis.* . . *(255* ‖ *21)* . . 55
*De reo apsolvendo. sei eae sententiae ibei plurumae aequove
numero erunt 'apsolvo', praetor, quei ex h. l. quaeret, pronontiato: 'non
fecisse videri'. de quo reo pr. ita pronontiaverit, quod postea non
fecerit, qu*]|od praevaricationis causa factum non erit, is ex hace E 11
lege eius rei apsolutus esto. §

---

293 52 lit. eram *Urs. cf. vs. 34.* sincilatim *tab.* 53 tam devexam *Urs.*

D 3 De reo condemnan[*do. . . (22) sei eae sententia*]|e ibei plu-
rumae erunt 'condemno', pr., qu[*ei ex h. l. quaeret, pronontiato;*
56 *'fecisse videri' (cf. v. 42) . (252 ‖ 13) . .*

E 12 [*De iudicio iterando. quei ex h. l. condemnatus*] | aut apso-
lutus erit, quom eo *h.* l. nisei quod post ea fecerit, aut nisei
quod praevaricationis caussa factum erit, au[*t . . (12) . . nisei de*
D 4 *litibus*] | aestumandis, aut nisei de sanctioni hoiusce legis, actio
57 nei es[*to . . (250 ‖ 11) . .*

De praedibus dandis bonisve vendundeis. iudex, quei eam rem
E 13 *quaesierit, earum rer*]|um, quei ex h. l. condemnatus erit, q. praedes
facito det de consili maioris partis sententia, quanti eis censue-
D 5 r[*int;..(9)..sei ita p*]|raedes datei non erunt, bona eius facito puplice
possideantur conq[*uaerantur veneant. quanta pequnia ea bona venie-*
rint, tantam pequniam ab emptore iudex, quei eam rem quaesierit,
E 14 58 *exigito . . (248 ‖ 9) quaestorique*] | scriptum transdito; quaestor ac-
cipito et in taboleis popliceis scriptum habeto. §

D 6 De leitibus aestumandeis. | . . *(10)* . . [*quei ex*] | hace
lege condemnatus erit, ab eo quod quisque petet, quoius ex hace
lege peti[*tio erit, praetor, quei eam rem quaesierit, per eos iudices, quei*
59 *eam rem ioudicaverint, leites aestumari iubeto . . (244 ‖ 8) . . quod*
E 15 *ante h. l. rogatam consilio probabitur captum coactum ab*]|latum avor-
sum conciliatumve esse, eas res omnis simpli, ceteras res omnis,
D 7 quo*d* post hance legem rogatam co[*nsilio . . (13) . . probabit*]|ur
captum coactum ablatum avorsum conciliatumve esse, dupli; idque
ad qua[*estorem, quoi aerarium provincia obvenerit, quantum siet quoius-*
que nomine ea lis aestumata, facito deferatur.

Pequnia utei ex aerario solvatur. quei iudici, quei eam rem
60 *quaesiverit, consilioque eius maiorei parti . . (242 ‖ 8) . . satisfecerit,*
E 16 *nomine su*]|o parentisve suei, quoive ipse parensve suos heres
siet, leitem aestumatam esse; queive eiei iudicei consilioque eius
D 8 maiorei pa[*rti . . (14) . . eorum sa*]|tis fecerit, regis populeive cei-
visve suei nomine litem aestumatam esse sibei: q[*. . iudex facito*
E 17 61 *(240 ‖ 8) . . tanta pequnia, quanta ex*] | hace lege in aerario posita
erit ob eam rem quod eo nomine lis aestumata erit, in triduo
D 9 proxsumo, quo ita satis [*factum . . (15) . . erit,*] | ex hace lege
solvatur; neivequis iudex neive quaestor facito sciens dolo m[*alo,*
62 *quo minus ita satis fiat, itaque solvatur . . (238 ‖ 8) . .*

---

293 56 f. 1 *Urs.* 58 *h*]aci *tab.* 59 ea; quos *Urs.*

*De tributo faciundo. quanti iudex, quei eam rem quaesierit,
leites aestumaverit, sei is iud*]|ex ex hace lege pequniam omnem ad E 18
quaestorem redigere non potuerit, tum in diebus X proxsumeis,
quibus [*quae* . . *(21)* . . *potue*]|rit redacta erit, iudex quei eam rem D 10
quaesierit, queive iudex hace lege fac[*tus erit, quae pequnia redigi
potuerit, eam pequniam inter eos, quorum leites aestumatae erunt, pro
portioni tributum iri praedeicito . . (236 ‖ 8) . . tempus edito, quo is,* 63
quoius lites] | aestumatae erunt, quoius[*ve*] regis populeive nomine E 19
lis aestumata erit, legati adessint, dum nei longius C dies edat.
. . *(20)* . .

De tempore stat]|uto servando. § ubei ea dies venerit, D 11
quo die iusei erunt adesse, iudex, quei e[*am rem quaesierit, quanta
pequnia de eius, quei ex h. l. condemnatus est, bonis redacta erit, tantam
pequniam in eas lites, quae aestumatae erunt, pro portioni tribuito* . .
(235 ‖ 8) . . *queique ei iudici consilioque eius maiorei parti eam litem* 64
aestumatam esse sibei satis] | fecerit, ei primo quoque die quae- E 20
storem solvere iubeto, quaestorque eam pequniam eis sed fraude
sua solvito. . . *(19)* . .

Quei aberit eius portio] | in aerario siet. § quod eorum D 12
nomine, quei non aderit, tributus factus [*erit, quaestor in aerario
servato* . . *(227 ‖ 8)* . . 65

De tributo proscribundo. quei] | praetor ex hace lege tri- E 21
buendei causa prodeixerit, is, utei quod recte factum esse volet
facito, quomodo prode[*ixerit,* . . *(21)* . . *ea omnia m*]|aiore parte D 13
diei adeam diem, donec solutum erit, apud forum palam, ubei de
plano r[*ecte legi possitur, proscripta propositaque habeat* . . *praetor,
quei eum tributum*] *(200)* ‖ fecerit die|[*s* . . *(7)* . . *prox*]|umos, ex ea 66 C1; E22
die, qua tributus factus erit, apud forum palam, ubei de plano
recte legi possitur, proscri[*ptum habeto.* . . *(21)* . .

Reliqua pequnia] | post quinquenium populei fiet. § D 14
quae pequnia ex hace lege in aerarium posita erit, quod in anneis
qu[*inque proxumeis ex ea die, qua tributus factus erit, eius pequniae
quaestor ex h. l. non solverit populei esto.*

*De pequnia a praedibus exigenda. quei ex h. l. praedes
datei erunt, quaestor, quoi aerarium provincia obvenerit, queique deinceps*]
(201) ‖ | eandem provin|[*ci*]|am habebit, eis faciunto, utei quod 67 C2; E23

---

293 63 quoius *Urs.* 64 frude *Urs.*

recte factum esse volet, quod eius is reus non solverit, ab eis
D 15 pr[*aedibus* . . *(21)* . . *primo quo*]|que die pequnia exigatur. §
Pequnia infiscis opsignetur. § quae quomque pequnia
ex hace lege ad q[*uaestorem redacta erit, is quaestor ea pequnia facito*
in fiscis siet, signoque puplico opsignetur, et in quoque fisco scriptum
C3; E24 68 *habeto*] *(201)* ‖ quis praetor litis aes|tumaverit et unde ea pequnia
redacta siet quantumque in eo fisco siet. quaestor, quei quom-
D 16 [*que erit,* . . *(21)* . . *utei quod*] | recte factum esse volet, facito in
diebus V proxumeis, quibus quomque eiei aerarium provincia ob-
venerit, | [*fisci resignentur, et sei ea pequnia, quam in eo fisco esse*
inscriptum erit, ibei inventa erit, denuo opsignentur . .
C 4 69 *Quaestor utei solvat. quoi*] *(201)* ‖ pequniam ex hace lege,
E 25 | quod sine malo pequlat*u* fiat, pr. quei ex hace lege quaeret,
D 17 darei solvi iuserit, id quaestor [. . *(21)* . . *quei aerarium pro*]|vin-
ciam obtinebit, sed fraude sua extra ordinem dato solvitoque. §
Quaestor moram nei facito. § q[*uaestor* . .
C 5 70 *Iudicium nei quis inpediat. quod*] *(200)* ‖ ex hace lege *iu*-
E 26 dic*i*um fier|i oportebit, quom ex hace lege fieri oportebit, nei
quis magistratus prove magistratu prove [. . *(34)* . . *quo inperio*
D 18 *potestateve erit facito, quo*] | minus setiusve fiat iudiceturve; neive
quis eum, quei ex hace lege iudicium exercebit, neive eum, que[*i*
iudex ex h. l. erit, neive eum, quei ex h. l. petet neive eum unde petetur,
C6; E27 71 *ab eo iudicio avocato neive*] *(200)* ‖ avocarier iubeto, neive ab|ducito,
neive abducier iubeto, neiye facito quo quis eorum minus ad id
iudicium adesse poss[*it,* . . *(41)* . . *quove quoi eorum minus in eo*
D 19 *iudici*]|o verba audeire in consilium eire iudicare liceat; neive iudi-
cium dimitere iubeto, nisei quom senatu[*s ioure vocabitur* . . *aut*
C7; E28 72 *nisei quom centuriae aut*] *(200)* ‖ tribus intro vocabuntur, ex|tra
quam sei quid in saturam feretur. §
{E 35} {Iudex deinceps faciat} *principe defuncto.* sei is praetor
quei ex hace lege quaeret sei[*ve is quaestor quoi aerarium* {vel ur-
D 20 {D 27} bana provinc}]|ia obvenerit {eo magistratu} ioudiciove inperiove
abierit, abdicaverit, mortuosve erit ante quam ea omnia ioudi-

---

293 69 pequlatum *Urs.* 70 'ndi . um'. 72 *vs. 72—78 cum vs. 79 —85 (cf. etiam vs. 12—14 cum vs. 16—18) quod ad verbum fere concinere videtur,* vs. 79—85 *omisi. quae ad supplendum vs. 72—78 Mommsenus. e vs. 79 —85 ex aere petiit* { } *uncis notavi.* 72 eo magistratu *om. scalptor. sed addidit in vs. 79.*

ca[*ta soluta factave erunt, quae eum praetorem eumve quaestorem ex*
h. l. ioudicari iubere solvere facere oportet, queiquomque deinceps praetor
ex h. l. quaeret, queive quaestor aerarium vel urbanam {provinciam {C 15}
habebit, is, utei qu}*od recte factum*] *(200)* ‖ esse volet, facito, utei 73 C 8
ea omnia, | quod ex h. l. factum non erit, faciant, fiantque quae E 29
ex hace lege fieri oporteret, sei [{apud eum ea res acta esset, {D 28}
deque ea re eiei}] | praetori quaestorique omnium rerum, quod D 21
ex hace lege factum non erit, siremps lex esto, qua[*sei sei apud*
eum ea res acta esset . .

De rebus ante iudicatis factisve. quibus quom ioud{icium}]
(200) ‖ fuit fuerit ve ex lege, quam L. Calp|urnius, L. f. tr. pl. 74 C 9; E 30
rogavit, exve lege, quam M. Iunius, D. f., tr. pl. rogavit, quei
eorum eo [*ioudicio ex earum aliqua lege apsolutus vel condem*{natus {D 29} D 22
est eritve, quo}]•| magis de ea re eius nomen hace lege de*fe*-
ratu*r* quove mag*is* de ea re quom | [*eo h. l. actio siet, eius h. l.*
nihilum rogato. queique contra h. l. fecise dicentur, nisei lex (200)
rogata eri{t ante quam ea res} *facta*] ‖ erit, quom eis hace lege 75 {C 17} C 10
actio nei esto.

| De praevaricatione. § praetor, quei ex hace lege quaeret, E 31
qua de re ei prae[*tori eisque iudicibus, quei ex h. l. ad ea*{m rem
(50) io}]|udicandam adfuerint, quei vivent, eorum maiorei part*i* {D 30} D 23
*s*atis factum erit, nomen, quod ex [*h. l. quis detolerit, praevaricationis*
causa eum detulisse . . *(201)* § | 76

| De ceivitate danda. § sei quis eor[*u*]|m, quei ceivis Ro- C 11; E 32
manus non erit, ex hace lege alterei nomen . . *(78)* . . | *ad prae*- D 24
tor]|em, quoius ex hace lege quaestio erit, detolerit, et is eo iudicio
hace lege condemnatus erit, tu[{m eis qu}*ei eius nomen detolerit,* {D 31}
quoius eorum opera maxime eum condemnatum esse constiterit, sei volet
ipse filieique, quei eiei gnatei erunt, quom] . . *(201)* ‖ | ceivis Roma- 77 C 12
nus ex hace lege fiet, nepotesque [*t*{u}]|m eiei filio gnateis ceiveis {C 19} E 33
Romanei iustei sunto [*et in qua tribu, quoius is nomen ex h. l. deto-*
lerit, sufragium tulerit, in ea tribu (82) sufragiu]|m ferunto inque D 25
ea*m* tribum censento, militiaeque eis vocatio esto, aera stipen- {D 32}
diaque o[{mnia eis merita sunto. neiqui magis[*tr*]atus pr}*ove*
magistratu . . *(201)* . . *eius h. l.*] ‖ nihilum rogato. § 78 C 13

---

293 73 oportere *Urs.* 74 'deiuraturum quove magistratus' *corrigitur versu 81.* 75 'partis'. 76 eo *dupliciter scriptum est.* 77 'ea'. 'censento' *pro* censentor *cf. Madvig opusc. II 241.*

E 34 De provocation[*e immunitat*]|eque danda. § sei quis eorum, quei [*nominis Latini sunt . . (83) . . quei eorum in sua quis-*
D 26 *que ceivitate dicta*]|tor praetor aedilisve non fuerint, ad praetorem, quoius ex hace lege quaestio erit, [*ex h. l. alterei nomen detolerit,*
{D 33} *et is eo iudicio h. l. condem*{natus erit, tum quei eiu[*s nomen*] deto-
C 14 lerit, quoius eorum opera ma}*xime eum condemnatum esse consti-*
79 *terit*] . . *(201)* ‖ eius militiae munerisque poplici in su[*a quoiusque*
E 35 *ceiv*]|itate §
D 34 86 | *(156)* . . *quo*]i petetur, de ea re eius [*optio est*]o, utrum velit vel
D 35 87 in sua ceivitat[*e* . . *(215* ‖ *156)* . . *ha*]bere liceto. §
[*Sei quis cei*]vis Romanus ex hace lege alte[*rei nomen detolerit*] . . *(216)* |
D 36 88 | *(156)* . . quoi ex h[*ace lege provo*]catio erit esseve oportebit . . *(227)* |
D 37 89 | *(190)* . . . . [*praetor, quei inter pe*]regrinos ious | [*deicet* . . . *(233)* |
D 38 90 | *(191)* . . . . *ceivit*]atei q . . . . *(235)* |

XXII. Sentencia Minuciorum.

a. 637

1 2 294. Q. M. Minucieis, Q. f. Rufeis de controvorsieis inter | Genuateis et Veiturios inre praesente cognoverunt, et coram inter
3 eos controvosias composeiverunt, | et qua lege agrum possiderent et qua fineis fierent, dixserunt. eos fineis facere terminosque
4 statui iuserunt; | ubei ea facta essent, Romam coram venire iouserunt. Romae coram sententiam ex senati consulto dixerunt
5 eidib. | Decemb. L. Caecilio, Q. f., Q. Muucio Q. f. cos.:

Qua ager privatus casteli Vituriorum est, quem agrum eos
6 vendere heredemque | sequi licet, is ager vectigal nei siet

Langatium fineis agri privati: ab rivo infimo, qui oritur ab
7 fontei in Mannicelo ad flovium | Edem; ibi terminus stat. inde flovio suso vorsum in flovium Lemurim. inde flovio Lemuri susum
8 usque ad rivom Comberane(am). | inde rivo Comberanea susum

294. Tabula aenea, 27,5 centim. a., 47,5 centim. l., anno 1506 prope Genuam in valle Polceverana (Porcoberae fluvii) reperta, nunc in curia Genuensi adservata. capita non distinguuntur. vs. 37 littera P prominet. = I 199, V 7749; R. XX; A. F. Rudorff, Quinti et Marci Minuciorum sententia inter Genuates et Viturios dicta edidit et illustravit. Berl. 1842. (Zeitschr. f. Rechtsgesch. I p. 168; II p. 473; Rhein. Mus. XVIII p. 452); Wilm. 872; Bruns. l. l. p. 254 sqq.; Ga. 919.

---

293 79 utilitate. § iudex deinceps faciat *Urs.* *ab his verbis incipit repetitio supra commemorata. cf. Momms.* 294 6 vectigal[is] *Wilm.* 7 inde [*Ede*] flovio *Rudorff. cf. v. 14.*

usque ad comvalem Caeptiemam; ibi termina duo stant circum
viam Postumiam. ex eis terminis recta regione in rivo Vendupale. 9
ex rivo Vindupale in flovium Neviascam. inde dorsum fl*o*vio Ne-
viasca in flovium Procoberam. inde | flovio Procoberam deor- 10
sum usque ad rivom Vinelascam infumum; ibei terminus stat.
inde sursum rivo recto Vinelesca; | ibei terminus stat propter 11
viam Postumiam. inde alter trans viam Postumiam terminus
stat. ex eo termino, quei stat | trans viam Postumiam, recta re- 12
gione in fontem in Manicelum. inde deorsum rivo, quei oritur
ab fonte enManicelo | adterminum, quei stat ad flovium Edem. 13

Agri poplici quod Langenses posident, hisce finis videntur
esse: ubi comfluont | Edus et Procobera, ibei terminus stat. inde 14
Ede flovio sursuorsum in montem Lemurino infumo; ibei termi-
nus | stat. inde sursumvorsum iugo recto monte Lemurino; 15
ibei termin[*u*]s stat. inde susum iugo recto Lemurino; ibi ter-
minus | stat in monte pro cavo. inde sursum iugo recto in mon- 16
tem Lemurinum summum; ibi terminus stat. inde sursum iugo |
recto in castelum, quei vocitatust Alianus; ibei terminus stat. 17
inde sursum iugo recto in montem Ioventionem; ibi terminus |
stat. inde sursum iugo recto in montem Apeninum, quei vocatur 18
Boplo; ibei terminus stat. inde Apeninum iugo recto | in montem 19
Tuledonem; ibei terminus stat. inde deorsum iugo recto in flo-
vium Veraglascam in montem Berigiemam | infumo; ibi ter- 20
minus stat. inde sursum iugo recto in montem Prenicum; ibi
terminus stat. inde dorsum iugo recto in | flovium Tulelascam; 21
ibi terminus stat. inde sursum iugo recto Blustiemelo in montem
Claxelum; ibi terminus stat. inde | deorsum in fontem Lebrie- 22
melum; ibi terminus stat. inde recto rivo Eniseca in flovium
Porcoberam; ibi terminus stat. | inde deorsum in floviom Por- 23
coberam, ubei conflovont flovi Edus et Porcobera; ibi termi-
nus stat.

Quem agrum poplicum | iudicamus esse, eum agrum caste- 24
lanos Langenses Veiturios po*si*dere fruique videtur oportere. pro
eo agro vectigal Langenses | Veituris in poplicum Genuam 25

294. 25 vic(toriatos) n(ummos). CCCC victoriati = CCC denarii cf. Mommsen, roem. Muenzw. p. 389.

---

294 9 'fluio' 15 'termins' 24 'leiberique'

dent in anos singulos vic. n. CCCC. sei Langenses eam pequ-
26 niam non dabunt neque satis | facient arbitratuu Genuatium,
quod per Genuenses mo[*r*]a non fiat, quo setius eam pequniam
27 acipiant: tum quod in eo agro | natum erit frumenti partem vicen-
sumam, vini partem sextam Langenses inpoplicum Genuam dare
28 debento | in annos singolos.

Quei intra eos fineis agrum posedet Genuas aut Viturius,
29 quei eorum posedeit k. Sextil. L. Caicilio | Q. Muucio cos., eos
ita posidere colereque liceat. *ei*s quei posidebunt, vectigal Langen-
30 sibus pro portione dent ita, uti ceteri | Langenses, qui eorum
in eo agro agrum posidebunt fruenturque. praeter ea in eo agro
31 ni quis posideto nisi de maiore parte | Langensium Veituriorum
sententia, dum ne alium intro mitat nisi Genuatem aut Veitu-
32 rium colendi causa. quei eorum de maiore parte | Langensium
Veiturium sententia ita non parebit, is eum agrum nei habeto
nive fruimino.

33 Quei | ager compascuos erit, in eo agro quo minus pecus
34 [*p*]ascere Genuates Veituriosque liceat ita, utei incetero agro | Ge-
nuati compascuo, niquis prohibeto, nive quis vim facito, neive
35 prohibeto quominus ex eo agro ligna materiamque | sumant
utanturque.

Vectigal anni primi k. Ianuaris secundis Veturis Langenses
36 in poplicum Genuam dare | debento. quod ante k. Ianuar. pri-
mas Langenses fructi sunt eruntque, vectigal invitei dare nei
37 debento. |

Prata quae fuerunt proxuma faenisicei L. Caecilio Q. Muucio
38 cos. in agro poplico, quem Vituries Langenses | posident et quem
Odiates et quem Dectunines et quem Cavaturineis et quem Men-
39 tovines posident, ea prata | invitis Langensibus et Odiatibus et
Dectuninebus et Cavaturines et Mentovines, quem quisque eorum
40 agrum | posidebit, inviteis eis niquis sicet nive pascat nive
fruatur. sei Langueses aut Odiates aut Dectunines aut Cavatu-
41 rines | aut Mentovines malent in eo agro alia prata inmittere
42 defendere sicare, id uti facere liceat, dum ne ampliorem | mo-
dum pratorum habeant, quam proxuma aestate habuerunt fructi-
que sunt.

---

294 29 'eus'.

Vituries, quei controvorsias | Genuensium ob iniourias iudicati 43
aut damnati sunt, sei quis in vinculeis ob eas res est, eos omneis |
solvei mittei leiber(*are*)ique Genuenses videtur oportere ante eidus 44
Sextilis primas. sei quoi de ea re | iniquom videbitur esse, 45
ad nos adeant primo quoque die et ab omnibus controversis et hono. publ. li. |

Leg. Mogo Meticanio Meticoni f., Plaucus Peliani[*o*] 46
Pelioni f.

XXIII. Lex agraria.

a. 643

295. . . *(92)* . . [*tr. pl. plebem ioure rogavit plebesque ioure scivit in* 1 B* 1
. . . . *a. d.* . . . . . *tribus* . . *princi*]pium fuit; pro tribu Q. Fabius Q. f. primus scivit.

Quei ager poplicus populi Romanei in terra Italia P. Muucio L. Calpur[*nio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex lege plebeive sc., quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum cavitumve est nei divideretur* . . *(140* ‖ *92)* . . *quem quisque de eo agro* 2
loco ex lege plebeive sc. vetus possesor sibei] agrum locum sumpsit
reliquit|ve, quod non modus maior siet, quam quantum unum B* 2
hominem ex lege plebeive sc. sibei sumer[*e relinquereve licuit;*

295. De undecim legis fragmentis vid. ad n. 293; de legis nomine et explicatione cf. A. F. Rudorff (das Ackergesetz des Sp. Thorius wiederhergestellt und erläutert, Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. X 1839. p. 1 sqq.); E. Huschke (krit. Jahrb. f. deutsch. Rechtswissensch. X 1841 p. 579 sqq.); Mommsen, C. I. L. I p. 76 sqq.

vs. 1. 4. 13. 27. 28. 29. 33: L. Calpurnius P. Mucius cos. a. 621
vs. 28. 86. 88: L. Caecilius Cn. Domitius cens. a. 639
vs. 89: Cn. Paperius cos. a. 641
vs. 29: M. Livius L. Calpurnius cos. a. 642
vs. 95: P. Cornelius L. Calpurnius cos. a. 643.
vs. 2—44? agitur de agro publico populi Romani in Italia
vs. 45?—96: de agro publico populi R. in Africa
vs. 96—105 de agro publico populi R. qui Corinthiorum fuit.

quae non iam in tabulae fragmento A* sed in Mazochii apographo leguntur uncis ⟨ ⟩ notavi. = I 200; (R. enarr. p. 27); Bruns l. l. p. 67 sqq.; A = I p. 75; A*a = R. XXVI; B* = R. XXVIII; C* = R. XXVI; D = R. XXVII; E = I p. 76.

---

294 45 et. hono. publ. li. *tab.* et one[*ribus*] publ[*icis*] li[*beri sint*] *Orell.* hono[*re*] publ[*ico*] li[*beri*] *alii.* popl. *tum scribendum fuisse Momms. monuit. quid lateat non perspicitur. exspectatur* abstineant *Momms.* 46 Moco *Momms.*

295 1 'terram Italiam'.

quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex lege plebeive sc., quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum cavitumve est nei
B* 3 3 *divideretur . . (140 ‖ 110) . . quem agrum locum*] quoieique de eo agro loco ex lege plebeive sc. IIIvir sortito ceivi Romano dedit adsignavit, quod non in eo agro loco est, quod ultr[*a . . (205*
4 ‖ *112) . .*

quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex lege plebeive sc., quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum cavitumve est nei divideretur, de eo agro loco quei ager locus ei, quei agrum privatum in publicum commutavit, pro eo agro loco a IIIviro datus commutatus
B* 4 *re*]dditus est; §

quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. M*u*ucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex lege [*plebeive sc., quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum cavitumve*
B* 5 5 *est nei divideretur . . (204 ‖ 112) . . quod eius quisq*]ue agri locei publicei in terra Italia, quod eius extra urbem Roma[*m*] est, quod eius in urb*e* oppido vico est, quod eius IIIvir dedit ad-
6 signavit, quod . . *(201 ‖ 112) . .* [*tum cum haec lex rogabitur habebit possidebitve;*

quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex] lege plebive scito,
B* 6 quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rog., exceptum cavitumve est, nei divideretur, quod quoieique de eo agro loco agri locei aedi-
A* 1 B 7 7 fic[*iei . . (130) . . q*]|uibu[*s . . (68 ‖ 112) i*]|n terra Italia IIIvir dedit adsignavit reliquit inve formas tabulasve retulit referive iusit: §

A* 2 ager locus aedificium omnis quei supra scriptu[*s est . . (134) . . extra eum agrum locum de quo supra except*]um cavitu[*mve est,*
8 *privatus esto . . (66 ‖ 112) . . eiusque locei agri aedifici emptio ven-*
B* 8 *diti*]o ita, utei ceterorum locorum agrorum aedificiorum privatorum est, esto; censor que quei quomque erit fa[*c*]ito, utei is ager locus aedificium, quei e[*x hace lege privatus factus est, ita, utei ceteri agri*
A* 3 *loca aedificia privata in censum referatur . . (117) . . deque eo agro*
B* 9 9 *loco aed*]ificio eum, quoium [*is ager locus aedificium erit*] . . *(65* ‖

---

295 4 'Mnucio' 5 'Roma' 'urbem'

112) . . est; neive quis facito, quo, quoius eum agrum locum
aedificium possesionem ex lege plebeive scit[*o ess*]e oportet opor-
tebitve, eum agrum l[*ocum aedificium possesionem is minus oetatur*
fruatur habeat possideatque . . *(114)* . . *n*]eive quis de ea re ad se- A* 4
n[*atum referto* . . *(63 ‖ 112)* . . *neive pro magistratu inpe*]riove sen- 10 B* 10
tentia[*m*] deicito neive ferto, quo quis eorum, quoium eum agrum
locum aedificium posse[*sio*]nem ex lege plebeive scito esse oport[*et*
oportebitve . . *(111)* . . *eum agrum locum aedificium possesionem mi-*
nus oetatur fruatur habeat possid[eatque quove possesio invito mor-
[*tuove eo heredibus eius inviteis auferatur.* A* 5

Quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. Muucio L.
Calpurnio cos. fuit . . *(60 ‖ 112)* . . *quod eius IIIvirei a. d. a. via-* 11
siei]s vicaneis, quei in terra Italia sunt dederunt adsignaverunt B* 11
reliquerunt: neiquis facito quo m[*i*]nus ei oetantur fruantur ha-
beant po[*ssideantque, quod eius possesor* . . *(110)* . . *agrum locum* A* 6
aedifici]um non ab alienaverit, extra eum a[*grum* . . *(58 ‖ 112)* . . 12 B* 12
extra]que eum agrum, quem ex h. l. venire dari reddive oportebit. §

Quei ager locus aedificium ei, quem in [*vi*]asieis vicanisve
ex s. c. esse oportet oportebitve, [*ita datus adsignatus relictusve*
est eritve . . *(108)* . . *quo magis is ag*]er locus aedificium privatus A* 7
siet, quove mag[*is censor, queiquomque erit, eum agrum locum in*
censum referat . . *(53 ‖ 112)* . . *quove magis de eo agro loco aliter,* 13
atque u]tei est, siet, ex h. l. n. r. § B* 13

Quei ager locus publicus populi Romanei in terra Italia P.
Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum, quei ager ex
lege plebive [*scito, quod C. Sempronius Ti. f. tr. pl. rogavit, exceptum*
cavitumve est nei divideretur . . *(100)* . . *e*]xtraque eum agrum, A* 8
quem vetus possesor ex lege plebeive [*scito sibei sumpsit reliquitve,*
quod non modus maior siet, quam quantum unum hominem ex lege
sibei sumere relinquereve licuit, sei quis . . *(45 ‖ 112)* . . *agri colendi* 14
cau]sa in eum agrum agri iugra non amplius XXX possidebit B* 14
habebit ve: *is* ager privatus esto. §

Quei in agrum compascuom pequdes maiores non plus X pascet,
quae[*que ex eis minus annum gnatae erunt post ea quam gnatae erunt*
. . *(96)* . . *queique ibei pequdes minores non plus n. n.*] pascet, quae- A* 9
que ex eis minus annum gnatae erunt post ea qua[*m gnatae*

---

295 10 'sententia' 11 eum *dupliciter scriptum est.*

15 *erunt: is pro iis pequdibus . . (44 ‖ 112) . . populo aut publicano*
B* 15 *pequniam scripturam vectigalve dare nei debeto, neive de ea re sati*]s
dato neive solvito. §

Ager publicus populi Romanei, quei in Italia P. Mucio L. Cal-
purnio cos. fuit, eius agri IIIvir a. d. a. ex lege plebeive scito
A* 10 sortito quoi ceivi Roma[*no agrum dedit adsignavit . . (94) . . quod*
eius agri neque is abalie]navit ab alienaveritve, neque heres eius
16 ab alienavit ab alienav[*eritve . . (41 ‖ 112) . . quei eorum de ea*
re ante eidus Martias primas, in ious adierit ad eum, quem ex h. l.
B* 16 *de eo agro ius deicere oportebit, is de ea re ita ius deicito d*]ecernitoque,
utei possesionem secund*um* eum heredemve eius det, quoi sorti
is ager datus adsignatusve fuerit, quod eius agri non ab alienatum
erit ita utei s. s. est. §

A* 11 . . *(90)* . . [*quod eius agri IIIvir a. d. a. veteri possesori prove*
ve]tere possesionem dedit adsignavit reddidit, quodque eius agri
III[*vir a. d. a. in urbe oppido vico dedit adsignavit reddidit* . . *(39* ‖
17 *112)* . . *quod eius agri neque is ab alienavit ab alienaveritve, neque*
B* 17 *heres eius, quoive ab eo hereditate testamento deditioneve obveni*]t, queive
ab eorum qu*o* emit: quei eorum de ea re ante eidus Martias pri-
mas in ious adierit ad eum, quem ex h. l. de eo agro ius deicere
oportebit, is de ea re ita ius deicito, d[*ecernitoque, utei possesionem*
A* 12 *secundum eum heredemve eius det*] . . *(90)* . . quoi is ager vetere
prove vetere possesore datus adsignatusv*e* (*redditusve fuerit*), queive
18 a. . *(36 ‖ 112)* . .

B* 18 *Sei quis eorum, quorum age*]r s. s. est, ex possesione vi eiectus
est, quod eius is quei eiectus est possederit, quod neque vi neque
clam neque precario possederit ab eo, quei eum ea possesion*e* vi
eiec[*erit: quem ex h. l. de ea re ious deicere oportebit, sei is quei ita*
A* 13 *eiectus est, ad eum de ea re in ious adierit ante eidus (90) Mar*]tias,
quae post h. l. rog. primae erunt, *f*acito, utei is, quei ita vi
eiectus e[*rit, in eam possesionem unde vi eiectus fuerit, restituatur*. . .
19 *(34 ‖ 112)* . .

Quei ager locus aedificium publicus populi Romanei in terra Italia
P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, quod eius ex lege plebeive sci]to
B* 19 exve h. l. privatum factum est erit ve, pro eo agro loco aedificio

---

295 16 'd]ecrrnto' 'secundo' 17 'quei' 'adsignatusvb. q[u]eive' redditusve fuerit *inseruit Momms. lacuna in aere nulla.* 18 'possesionem' 'eacito'

proque scriptura pecoris, quod in eo agro pascitur, post quam vectigalia constiterint, quae post h. l. [*rogatam primum constiterint: nei quis mag. prove mag. facito, (89) quo quis populo aut p*]ublicano A* 14
pequnia[*m*] scripturam vectigalve det dareve debeat, neive quis . . *(33 ‖ 112)* . . quove quid ob eam rem populo aut publicano 20 B* 20
detur exsigaturve, neive quis quid, postea quam [*vec*]tigalia consistent, quae post h. l. rog. primum constiterint, ob eos ag[*ros locos aedificia populo aut publicano dare debeat, (75) neive scripturam pecoris, quod in eis ag*]reis pascetur, populo aut publicano dare A* 15
debeat. §

Ager locus publicus popul[*i Romanei, quei in terra Italia P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, . . (32 ‖ 112) . . extra eum agrum,* 21
quem agrum L. Caecilius Cn. Domitius cens.] a. d. X*I*. k. Octobris B* 21
oina quom agro, quei trans Curione est, locaverunt, quei in eo agro loc[*o ceivis*] Romanus sociumve nominisve Latini, quibus ex formula togatorum [*milites in terra Italia inperare solent, . . (72)*
. . agrum lo]cum publicum populi Romanei de sua possesione A* 16
vetus possesor prove vetere possesor[*e dedit, quo in agro loco oppidum coloniave ex lege plebeive scito constitueretur deduceretur conlocaretur, . . (33 ‖ 112) . . quo in agro loco IIIvir i*]*d* oppidum colo- 22 B* 22
niamve ex lege plebeive sc. constituit deduxitve conlocavitve: quem agrum [*locum*]ve pro eo agro locove de eo agro loco, quei publicus populi Roman[*ei in terra Italia P. Mucio L. Calpurnio cos. fuit . . (72) . . extra eum a*]grum locum, quei ager locus ex A* 17
lege plebeive sc., quod C. Semproni Ti. f. tr. pl. rog. exscep[*tum cavitumve est nei divideretur, . . (34 ‖ 112) . . IIIvir dedit reddidit* 23
adsignavit, eius quoi is ager datus redditus adsignatus erit,] quoive ab B* 23
eo heredive eius is ager locus testamento hereditati deditionive obvenit obveneritv[*e, queive ab eo emit e*]meritve, queive ab emptore eius emit emeritve, is ager privatus esto. §

Que[*i ager publicus populi Romanei fuit, quem IIIvir de eo agro loco pro eo agro loco, (66) qu*]o coloniam deduxsit ita utei s. s. A* 18
est, agrum locum aedificium dedit reddidit adsignavit, quei [*pr. consolve de eo agro loco aedificio (33 ‖ 112) ex h. l. ious deicet, quo* 24
de ea re ante eidus Martias primas in ious aditum erit, is de ea re ita ious deicito decernitoque, utei possesionem secundum eum h]eredemve B* 24

295 19 'pequnia' 'vecpigalve'. 21 XE *pro* XI *tab.* 22 'locumve'

eius det, quoi IIIvir eum agrum locum pro eo agro loco, quo
coloniam deduxit, dedit [*reddidi*]t adsignavitve; facitoque is pr.
consolve, quo de ea re in ious aditu*m* erit, [*utei* . . *(63)* . .
A* 19 *Ager locus quei sup*]ra scriptus est, quod eius agrei locei post
h. l, rog. publicum populei Romanei erit, extra eum ag[*rum locum,*
quei publico usui destinatus est vel publice locatus est, in eo agro quei
B* 25 25 *volet pascito* . . *(34* ‖ *112)* . .] neive is ager compascuos esto, neive
quis in eo agro agrum oqupatum habeto neive defendito, quo
mi[*nus quei v*]elit compascere liceat. sei quis faxsit, quotiens faxit,
A* 20 in agri iugra singula L[*HS n.* . . *(57)* . . *dar*]e debeto ei, quei-
quomque id publicum fruendum redemptum comductumve ha-
bebit. §
26 Boves, equ[*os, mulos, asinos* . . *(36* ‖ *112)* . . *in eo agro loco,*
quei post h. l. rog. publicus populei Romanei erit, pascere ad eum nu-
B* 26 *merum pecudum, que*]i numerus pecudum in h. l. scriptus est,
liceto, neive quid quoi ob eam rem vectigal neive sc[*ripturam*
dare de]*beto.* §
Quod quisque pecudes in calleis viasve publicas it*i*neris causa
A* 21 indu[*xerit* . . *(56)* . . *pro eo pecore, quod eius in calli*[bus viei*sve* publiceis
pastum inpulsum itineris causa erit, neiquid populo *n*eive publi-
27 cano d[*are debeto.* . . *(38* ‖ *113)* . .
Quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. Mucio L.
Calpurnio cos. fuit, de eo agro loco quem agrum locum populus ex pu-
B* 27 *blico in privatum c*]ommutavit, quo pro agro loco ex privato in
publicum tantum modum agri locei commutav[*it: is ager locus*
do]mneis privatus ita, utei quoi optuma lege privatus est, esto. §
A* 22 Quei ager ex priva[*to in publicum commutatus est, (56) quo pro*
agro tantus modus agri publici ex p]ublico imprivatum commutatus
est: de eo agro siremps lex esto, quansei is ager P. Mucio L.
C[*alpurnio cos. publicus fuisset. quei ager pro agro patrito ex publico*
28 *in privatum commutatus est,* . . *(39* ‖ *114)* . . *pr. consolve quanti agri*
B* 28 *patriti publicani publicum L. Caecilio Cn. Dom*]itio cens. redemptum
habe[*n*]t, censoribus, queiquomque post hac facteis erunt, ei
faciu[*nto id publicum, (14) sei*] volent, tantidem pro patrito re-
demptum habeant p. p. supsignent. §
A* 23 IIvirum, qu[*ei* . . *(56)* . . *quae viae publicae p*]|er terram Italiam

295 24 'aditun' 'II L' 26 'iteneris' 'vieilde' Λ *pro* N *(neive) tab.*
28 E *bis pro* F *tab.* p. p *i. e.* p(ro) p(atrito) *Rudorff.* p(ro) p(raede) *Huschke.*

P. Mucio L. Calpurnio cos. *f*uerint, eas *f*aciunto pateant vacuaeque
sien[*t*, . . *(40 ‖ 116)* . . 29

Quod quoieique ex h. l. ita] utei s. s. est, in agreis, qu[*ei in* B* 29
Ita]lia sunt, quei P. Mucio L. Calpurnio cos. publiceis populi
R[*omanei (18) fuerunt, ceivi*] Romano facere licebit, item Latino
peregrinoque, quibus M. Livio L. Calpurnio [*cos. in eis agreis id*
facere . . (56) . . ex lege pleb]eive sc. exve *f*oedere licuit, sed *f*raude A* 24
sua *f*acere liceto. §

Quod ex h. l. ita utei s. s. est, in agreis, que[*i s. s. sunt,*
Latinum peregrinumve facere vel non facere oportebit . . (41 ‖ 116) . . 30
sei eorum] quis, quo[*d eum ex h. l. f*]acere oportuerit, non fecerit, B* 30
quodve quis eorum [*h. l. prohibitus erit, fecerit mag. (20)*] prove
mag., quo de [*e*]a re in ious aditum erit, quod ex h. l. petetur,
item iudicium iudi[*cem recuperatoresve facito ei, quei ex h. l. petet,*
et in eum ita det, utei ei (56)] et in eum iudicium iudicem recu- A* 25
peratoresve ex h. l. dare oporteret, sei quis de ea re iudiciu[*m*
petisset, quod ceivem Romanum contra h. l. fecisse diceret. . . (42 ‖
140) . . 31

Sei quei ager colonieis seive moi]nicipieis seive quae pro moini- B* 31
cipieis colo[*nieisve sunt, ceivium Romanorum (20)*] nominisve Latini
poplice deve senati sententia ager fruendus datus [*est, seive quei*
in trientabuleis est, quei . . (56) . . queiv]e pro colonia moinicipiove A* 26
prove moinicipieis fruentur quei[*ve*] in trientabule[*is fruentur . .*
(44 ‖ 145) . . quod eius agri eis testamento hereditate deditione ob]venit 32 B* 32
obveneritve, quibus ante h. [*l. rog. eum agrum locum com(20)*]ductum
habere frui possidere defendere licuit, extra eum agrum locu[*m,*
quem ex h. l. . . (56) . . venire dari reddi]ve oportebit, id, utei A* 27
quicquid quoieique ante h. l. r. licuit, ita ei habere o[*eti frui*
possidere defendere post h. l. rog. liceto . . (46 ‖ 146). 33

Quei ager locus publicus p[*opulei Romanei in te(17)*]rra Italia B* 33
P. Mucio L. Calpurnio cos. fuit, quod eius agri loci ex l[*eg*]e
[*plebeive scito exve h. l. privatum factum est . . (56) sei qu*]id de eo A* 28
agro loco ambigetur: cos. pr., quei quo⟨mque e⟩rit, de ea re
iuris[*dictio iudici iudicis recuperatorumve datio esto . . (48 ‖ 147) . .* 34
neive mag. prove mag. de eo agro loco ious deicito neive dec]ernito B* 34
neive iudicium n[*eive iudicem neive (17) r*]ecuperatores dato, nisei

---

295 29 E *ter pro* F *tab.* 30 'quod ea' 31 quei *tab.* queive *Momms.*

cos. pr.ve. quod vadimonium eius rei c[*ausa cos. pr.ve promitti*
A* 29 *iuserit, quei ab eo de ea re mag. adpellati erunt, quominus eius r*]ei
causa decernant, eius h. l. n. r. qu⟨od iudicium iudex⟩ recupe-
35 rator[*esve eius rei causa dati erunt . . (49 ‖ 148) . .*

Quei ager locus post h. l. rog. publicus populi Romanei in terra
B* 35 *Italia erit, sei quid de eo agro loco ambigetur,*] cos. pr. cens. quei
quom[*que tum erit, de ea re (18) iu*]ris dictio, iudici iudicis recu-
peratorum datio esto i., u. e. e r. p. f. s. [*v. e. . . (58) . . neive mag.*
A* 30 *prove mag. de e*]o agro loco ious deicito neive de [*eo agro de*]-
⟨cernito ne⟩ive indi⟨cium [*neive iudicem neive recuperatores dato,*
36 *nisei cos. pr. cens. . . (54 ‖ 149). quod iudicium iudex recuperatoresve*
eius rei causa a consule praetore censoreve dati erunt, sei quis ab eo
B* 36 *de ea re mag. adpellaverit quoi eorum id iudicium e re publica*] non
esse videbitur: quo [*minus id impediat (17) ve*]l intercedat, e. h.
l. n. r.

Quoi publicano e. h. l. pequnia debebitu[*r, nei quis mag. . .*
A* 31 *(58) . . ob eam r*]em facito, quo quis pro a⟨gro minus aliterve
37 scripturam v⟩[*ectigalve det, atque utei ex h. l. dare debet . . (57 ‖ 150)*
B* 37 *. . sei quid publicanus eius rei causa sibi deberi*] darive oportere
de[*icat, de ea re cos. prove (20) co*]s. pr. prove pr., quo in ious
adierint, in diebus X proxsumeis qu[*ibus de ea re in ious aditum*
A* 32 *erit, . . (55) . . recuperatores ex cei*]vibus L, quei classis pr⟨imae
sient, XI dato; inde alternos du⟩[*m taxat quaternos is quei petet et*
38 *is unde petetur, quos volent, reiciant facito . . (57 ‖ 154) . . quei super-*
B* 38 *erunt, eos de ea re iudicare iubeto,*] quae res soluta n[*on siet inve (17)*
ioudici]o non siet iudicatave non siet, quod eius praevaricationus
A* 33 [*causa*] . . *(53)* . . mve factum non ⟨siet. sei maior pars eorum
B* 39 39 recuperatoru⟩[*m*] . . *(57 ‖ 156)* . . id sententia [*pronontiato, quod*
eius] rei ioudicandae maxsume verum esse co*m*perit, facitoqu[*e . .*
A* 34 *(51) . . quod ita ioudicatum e*]rit, se dulo m*alo* ⟨utei is, quei iudi-
40 catus erit dare oport⟩[*ere, solvat . . (57 ‖ 165) . .*

Quas in leges pl.ve sc. de ea re, quod, quei agrum publicum po-
puli Romanei ita habebit possidebit fruetur, utei ex h. l. licebit, eum
B* 40 *earum q*]uae ag[*rum, quem ita habebit, (24) ha*]bere possidere fruive
vetet; quasve in leges pl.ve sc. de ea r[*e, quod earum quae ei, quei*
A* 35 *agrum . . (51) . . aliter habebit*] possideb⟨it fruetur, quam ex h. l.

295 39 'commperrit' 'sedulo mn' se dulo m(alo) *Momms.* sedulo m(ora) n(ulla) *Huschke.* 40 fruie *tab.* favetur *Mazoch.*

licebit, eum agrum, quem⟩ [*ita habebit, habere possidere fruive per-*
mittat, is, quei earum legum pl.ve sc. quo iurare iubetur iubebitur, non
iuraverit: . . (57 ‖ 188) . . ne ob eam rem mag. q]uem minus petere 41 B* 41
capere gerere habereque liceto, neive q[*uid ei ea res fraudi esto. (51)*] §

⟨Si q⟩u⟨ae lex plebeve sc. est, quae mag., quem ex h. l.⟩ . . A* 36
(57 ‖ 190) . . [*ea omnia sed f*]raude sua facere liceto, inque eas 42 B* 42
leges pl.ve sc. de ea re, quod ex [*h. l. non decernere . . (61) . .*
aliterve] decernere oportebit, sed fraude sua nei iurato, neive . . A 37
(57 ‖ 190) . . 43

. . tus est, dedit adsignavitve, quemve agrum locum de eo B* 43
agro lo[*co . . (64) . . ex*] pl. sc., quod M. Baebius tr. pl. IIIvir A 38
coloni[*a*]e deducend[*ae rogavit . . (57 ‖ 188) . . datu*]m adsignatum 44 B* 44
esse fuiseve ioudicaverit, utei in h. l. sc. est, quei l[*ocus . . (66) . .*]
extra eum agrum locum, quei ager locus in ea cen[*turia supsici-* A 39
vove est . . (57 ‖ 187) . . extraque] eum agrum locum, quem ex 45 B* 45
h. l. colonei eive quei in colonei numero [*scriptei sunt . . (70) . .*
oportet] oportebitve, quod eius agri locei quoieique emptum est, A 40
[. . *(57 ‖ 186) . . m*]anceps praevides praediaque soluti sunto; 46 B* 46
eaque nomina mancup[*um . . (75) . . quaestor,*] quei aerarium pro- A 41
vinciam optinebit, in tableis [*publiceis scripta habeto . . (57 ‖ 185) . .* 47
d]e mag. Romano emit, is pro eo agro loco pequnia[*m*] neive B* 47
praevides nei[*ve praedia populo dare debeto . . (81) . . neive de ea*
re quis ob eam] rem, quod praes factus est, populo obligatus est[*o* A 42
. . (57 ‖ 184) . . quei ob eu]m agrum locum manceps praesve factus 48 B* 48
est, quodque [*pr*]aedium ob [*eam rem populo obligatum est . . (92)*
. . *q*]uei ager locus in Africa est, quei Romae publice . . *(57 ‖ 183)* 49 A 43
e eius esto, isque ager locus privatus vectigalisque u. . . *(103)* B* 49
. . tus erit; quod eius agri locei extra terra*m* Italia*m* est . . *(57 ‖* A 44
180) . . [*socium nominisve Latini, quibus ex formula t*]ogatorum mi- 50 B* 50
lites in terra Italia inperare solent, eis po[*puleis*] . . *(102)* . . ve A 45
agrum locum queiquomque habebit possidebit [*fruetur, . . (57 ‖ 180)* 51
. . *eiusv*]e rei procurandae causa erit, in eum agrum locum, in B* 51
. . *(115)* . . [*se dolo m*]alo. E 1

Quei a[*g*]er locus in Africa est, quod eius agri . . *(57 ‖ 180)* 52 A 46
. . [*habeat pos*]sideat fruaturque item, utei sei is ager locus pu- B* 52
bli[*ce . . (118)* . .

---

295 41 mas *Mazoch.* 43 colonie *Mazoch.* 45 colono *pro* colonei *Rudorff.* 47 'pequnia' 49 'terra Italia'.

E 2 *IIvir, quei ex h. l. factus creatusve erit,*] in biduo proxsumo,
A 47 53 quo | factus creatusve erit, edici[*to* . . *(57 ‖ 180)* . . *in diebus*
B* 53 E 3 XXV proxsumeis, quibus id edictum erit . . *(118)* . . [*datu*]m ad-
A 48 54 signatum siet, idque quom [*p*]rofitebitur cognito[*res*] . . *(57 ‖ 180)*
B* 54 . . mum emptor siet ab eo quoius homin[*is privatei eius agri*
E 4 *venditio fuerit* . . *(116)* . . *P. Mucio L.*] Calpurnio cos. facta siet,
A 49 B* 55 55 quod eius postea [*ne*]que ipse n[*eque*] . . *(57 ‖ 180)* . . praefectus
milesve in provinciam er[*it* . , *(110)* . . *colono eive, quei in colonei*
E 5 *nu*]mero scriptus est, datus adsignatus est, quodve eiu[*s*] . . *(9)*
A 50 B* 56 56 . . ag . . *(57 ‖ 180)* . . [*u*]tei curator eius profiteatur, item ute[*i*
E 6 . . *(109)* . . *ex e*]o edicto, utei is, quei ab bonorum emptore ma-
57 gistro curato[*reve emerit,* . . *(58 ‖ 180)* . . *sei quem quid edicto*
B* 57 *IIvirei ex h. l. profiteri oportuer*]it, quod edicto IIvir. profesus ex
E 7 h. l. n[*on erit,* . . *(107)* . . *ei eum agrum lo*]cum neive emptum
B* 58 58 neive adsignatum esse neive fuise iudicato. q . . *(56 ‖ 180)* . . do
E 8 ei ceivi Romano tantundem modu[*m agri*] . . *(101)* . . quei ager
publice non venieit, dare reddere commutareve liceto.

B* 59 59 IIvir, q[*uei ex h. l. factus creatusve erit* . . *(51 ‖ 180)* . . *de*] eis
E 9 agreis ita rationem inito, itaque h. . . *(98)* . . | et neive unius
hominis nomine, quoi ex lege Rubria, quae fuit, colono eive,
quei [*in colonei numero scriptus est, agrum, quei in Africa est, dare*
B* 60 60 *oportuit licuitve* . . *(48 ‖ 180)* . . *data adsign*]ata fuise iudicato;
neive unius hominus [*nomine, quoi* . . *(97)* . . *colono, eive, quei in*
E 10 *colonei nu*]mero scriptus est, agrum quei in Africa est, dare opor-
tuit licuitve, amplius iug. CC in [*singulos homines data adsignata*
61 *esse fuiseve iudicato* . . *(43 ‖ 180) neive maiorem numerum in Africa*
B* 61 *hominum in coloniam coloniasve deductum esse fu*]iseve iudicato, quam
quantum numer[*um ex lege Rubria, quae fuit* . . *(96)* . . *a IIIviris*
E 11 *coloniae dedu*]cendae in Africa hominum in coloniam coloniasve
deduci oportuit licuitve.

B* 62 62 IIvir, quei [*ex h. l. factus creatusve erit*] . . *(38 ‖ 182)* . . | re
D*1 E 12 Rom. . . *(10)* . . agri . . *(40)* . . [*d*]atus ad[*signatus* . . *(50)* . . *quod eiu*]|s
agri ex h. l. adioudicari licebit, quod ita comperietur, id ei here-
63 deive eius adsignat*um* esse iudicato [. . *(33 ‖ 255)* . . *quod quand*]-
D*2 E 13 oque eius agri locei ante kal. I . . *(29)* . . [*quoiei emptum*] est
ab eo, quoius eius agri locei hominus privati venditio fuit tum,

295 53 eiici[*to Mazoch. emend. Huschke.* 59 'initio' 60 oportebit *Urs.* oportuit *Huschke.* 62 adsignato *Urs.*

quom is eum agrum locum emit, quei . . *(29 ‖ 252) . . et eum* 64
agrum locum, quem ita emit emer]it, planum faciet feceritve emptum D* 3
esse, q[*uem agrum locum neque ipse (22)*] neque heres eius, neque E 14
quoi is heres erit abalienaverit, quod eius agri locei ita planum
factum erit, IIvir ita [*esse iudicato . . (27 ‖ 250) . . dato re*]ddito, 65 D* 4
quod is emptum habuerit quod eius publice non veniei[*t. item*
